



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2195. Die Herzogin Helena von Sachsen mit ihren Söhnen Johann und  
Albert schließt einen Vertrag mit den Grafen Guncelin und Helmold von  
Schwerin und verlobt dem letzteren ihre Tochter, wogegen die ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2194. Ruprecht, Erzbischof zu Magdeburg, sichert der Stadt Zerbst, nachdem Richard von Zerbst seine Herrschaft an die Grafen von Barby verkauft, die erlangte Zoll-Freiheit zu, am 8. April 1264.

Robertus, dei gratia Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, omnibus has literas inspecturis in perpetuum. Que pro diuturnitate temporum moriuntur a nobis et jam excidunt, scripture memoria longius supervivunt. Quapropter recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod in venditione civitatis, castri et terre Scerwift, et bonorum ibidem adjacentium ad eandem pertinentium civitatem, facta viris nobilibus Dominis de Barboy, Burchardo et Waltero, nostris avunculis, Dominus Richardus de Scerwift, curie nostre Pincerna, non immemor libertatum civitatis ejusdem, immo reducens ad memoriam privilegii cujusdam seriem gratiosam, qua Burgenfes ibidem a theloneo sunt exempti, et cupiens ipsos in eadem libertatis gratia conservare, ne quis venire in posterum contra privilegium hoc attemptet, in contractu venditionis premisse fecit de theloneo hujusmodi mentionem, quod nunquam propter aliquam causam, que futuris evenire posset temporibus, illud debeat in eorum prejudicium et gravamen de cetero renovari, quod pro bono illorum et commodo est utiliter relaxatum; prefertim claustrum et Hospitale eadem gaudebunt gratia, et fruentur suo juro et libertatibus, quibus gaudebant ad hec tempora, Domino Richardo de Scerwift eorum domino existente, ad cujus observantiam nostri avunculi se fide data manualiter obligarunt. Ut autem nihil interveniat, quod contractum dirimat et dissolvat, presens scriptum damus Burgenfibus sepe dictis in testimonium, nostro et avunculorum nostrorum, et Domini Richardi de Scerwift sigillis inviolabiliter communitum. Datum Magdeburg, A. D. MCCLXIV. presentibus illustribus Principibus Dominis Bernhardo et Sifrido, Comitibus de Anhalt, et ceteris nobilibus fratribus confederatis, nec non et innumeris militibus eorundem. VI. Id. April. Pontificatus nostri anno IV.

Aus der Gundlingschen Sammlung.

2195. Die Herzogin Helena von Sachsen mit ihren Söhnen Johann und Albert schließt einen Vertrag mit den Grafen Guncelin und Helmold von Schwerin und verlobt dem letzteren ihre Tochter, wogegen die Grafen der Herzogin Land, Stadt und Schloß Parchim bis zur Brandenburger Grenze abzutreten versprechen, am 23. Nov. 1264.

In nomine patris. Elena, dei gracia Westfalie et Saxonie ducissa, omnibus hoc presens scriptum intuentibus salutem. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum processu temporis et ne possit ipsis in posterum opponi calumpnia, scripturarum solent memoria perhennari. Sane sciant universi et presentibus protestamur, quod nos et filii nostri Johannes et Albertus, Saxonie duces, super amicitia et pacis confederacione inviolabiliter observanda cum viris nobilibus Guncellino et Hel-



moldo, comitibus Zwerinensibus, placitavimus in hunc modum, ita quod filia nostra iam dicto comiti Helmoldo iuniori de Zwerin legitimali copula desponsetur. Huic nobili viro cum filia nostra dabimus sexcenta (?) milia examinati argenti aut pro marca qualibet duo talenta Luneburgensis monete secundum tempus et inducias inter nos ordinatas: primo termino dabimus ad presens mille marcas examinati argenti ante festum Epiphaniæ; secundo termino, hoc est in die beati Martini presentabimus iam dicto comiti filiam nostram in domum suam et duo milia marcarum argenti puri presentabimus ipso termino cum filia nostra, tali cum pacto, ut nobis et filiis nostris, iam dictis ducibus, castrum Parchem cum opido et terra adiacenti a comitibus iam prelibatis libere presentetur, secundum terminos distinctos inter ducatum nostrum et terminos marchionum, quod in medio fluminis aque, que Eldena dicitur, termini nostri et marchionum dividuntur, ipsi etiam coloni totius terre et cives opidi Parchem tenebuntur iam dictis comitibus ad id theloneum et ad eandem exactionem, quam dare consueverunt temporibus domini Prippezclawi; tria vero milia marcarum, que adhuc dare tenemur, in quibus nos obligavimus, dabimus in termino ipsius anni et spacio eiusdem, caucione sufficienti iam dictis comitibus data pro pecunia eadem, hoc etiam interposito, quod ipsi comites a nobis et a nostris filiis iam dictis ducibus villam, que Radum dicitur, sitam in terra Parchem, in terminis suis, quibus nunc gaudet, et cum omni iure, tenebunt iure feudali. Super isto facto nostro firmiter observando nos personaliter cum filiis nostris et Georgius et Theodoricus milites dicti de Hiddezerker et meus pincerna promissimus fide data. Si quis autem nostrum hoc decretum nostrum imprimere presumpserit, mille marcas examinati argenti tenebitur alteri persolvendo, promisso nichilominus inter nos facto firmo stare. Datum Lovenburch, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, die Clementis martiris.

Aus dem Abdruck in den Meckl. Jahrb. XI, 250.

2196. Die Markgrafen Otto und Albrecht entschädigen das Kloster Broda für die Abtrennung des Grund und Bodens für die Stadt Neu-Brandenburg, am 9. Juli 1271.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Otto et Albertus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Cum urgentis in senium seculi corruptela non solum defectum corporum sed etiam oblivionem actuum efficiat, per momenta temporum dignum est, quod ea, que ratione previa a quibuslibet ordinantur, scripti munimine roborentur, ut sic facti precedentis cognitionem plenam habeat posteritas secutura. Hinc est igitur, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris tenore presencium protestantes, quod nos, ob reverentiam et honorem Domini nostri Ihesu Christri ac intemerate virginis matris ejus Marie, ecclesie sancti Petri apostoli in Broda, ubi collegium canonicorum sancti Augustini jugiter Deo deservit, in